



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 17. Concilium Seleuciense clauditur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

Sæculum IV. bant, quia in ea de abolenda voce sub.  
 A. C. 359. stantia consenserant. Ad hoc Eleusius  
Sozom. IV. Cyzicenus respondit: *Si Basilius, aut*  
 22. *Marcus privato errore ducuntur, aut ab Acacianis in Doctrina discrepant, nihil bæc ad Concilium pertinent, atque, num eorum fides recta sit, an perversa, nihil interest. Illam sequamur! quam nobis Episcopi Antiochiae, ipsis antiquiores, tradiderunt; quisquis aliud docet, extra Ecclesiam esto. Hæc dicentis oratio a suis fautoribus, nempe Semi-Arianis, applaudentibus excepta.*

## §. XVII.

*Concilium Seleuciense clauditur.*

*Socr. II.c.40* Cum finis litigandi non esset, Leonas, surgens, conventum solvit. Hic fuit Concilii Seleuciensis exitus. Quippe altera die Acaciani comparere noluerunt; Leonas, ut veniret, invitatus recusavit, dicens; mandatum sibi ab Imperatore, ut Cœtui interesset, in quo concordia regnaret, at inter litigantes nolle se diutius morari. *Ite ergo vos, inquietat; & in Ecclesia, quantum libuerit, garrite!* qui ad eum a Concilio missi fuerant, in ejus domo Acacianos conversantes invenerunt, patuitque eum illi parti plus justo favere, atque in Acaciorum gratiam Concilium abrupisse.

Ex

Ex illo etiam tempore Acaciani quasi Vi- Sæculum IV.  
 ctores triumphum caneabant. Sæpius ab A. C. 359.  
 aliis Episcopis revocati, redire in Conci-  
 lium noluerunt, sed jam ut Semi-Ariani  
 in domo Leonæ per delegatos compare-  
 rent, petebant, jam Imperium Cæsaris  
 sibi esse affirmabant, ut ipsi de aliorum  
 fide judicarent. Ergo nec in unam fi-  
 dem consentire, nec ad accusationes,  
 contra se allatas, respondere, nec etiam  
 causam S. Cyrilli Jerosolymitani a se ipsis  
 depositi discutere volebant; nec aderat,  
 qui nolentes cogere posset.

Tandem post multas citationes, & di- *Basil. cont.*  
*Eun. Athan.*  
 lationes, qui in Concilio remanserant, sententiam depositionis pronuntiarunt *de Synod.*  
 contra Acacium Cæsariensem, Georgium *p. 881.*  
 Alexandrinum, Uranium Tyriensem,  
 Theodulum Cheretapensem in Phrygia,  
 Theodosium Philadelphium in Lydia, E-  
 vagrium Mitylenensem, Leontium Tri-  
 politanum in Lydia, Eudoxium Antio-  
 chenum, Patrophilum Scythopolitanum;  
 Hi Episcopi omnes depositi. Sequentes  
 autem Communione privati, id est, cum  
 sua tantum Ecclesia communicare jussi,  
 Asterius, Eusebius, Abgarus, Basilicus,  
 Phebus, Fidelis, Eutychius, Magnus, &  
 Eustathius; circa hos decretum, ut in  
 eo statu manerent, donec se a crimini-  
 bus, quibus accusabantur, purgarent.  
 S. Cyrillum in Cathedram Jerosolymita-

Ecc 2 m.m

Sæculum IV. nam restituerunt, & loco Eudoxii Anianum ejusdem Ecclesiæ Presbyterum pro A. C. 359. Sede Antiochena ordinarunt, qui statim cura Neonæ Episcopi Seleuciensis consecratus est.

His factis, Ecclesiæ, quorum Episcopos deposuerant, quid actum sit, per Epistolas certiores reddidere. Anianus pro Sede Antiochena ordinatus ad eam nunquam pervenit, nam Acaciani comprehendens Leonæ, & Lauricio tradiderunt, qui militibus ad custodiam datum, deinde ad exilium damnarunt. Id factum fuisse Episcopi, qui elegerant, data ad Leonam, & Lauricium protestatione contra Acacianos conquesti, cum nihil proficerent, domum remearunt. Sed nec alia Decreta ad effectum deducta. Episcopi depositi non paruerunt, non nulli in Ecclesiæ suas reversi sunt, quos inter Patrophilus Scythopolitanus, & Georgius Alexandrinus; alii Constantinopolim ad Imperatorem se contulerunt, Adversarios accusaturi; illuc Acacius secum Eudoxium, cuius indeolem naturam midam excitabat, abduxit.

### §. XVIII.

#### *S. Athanasii Tractatus de Synodis.*

v. Hermant. Quamprimum S. Athanasius in sua sollicitudine, quæ Seleuciæ usque ad finem VIII. 27.